



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXI. Markgraf Otto von Brandenburg erklärt sich zur Annahme der  
Königswürde bereit, im Jahre 1256.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tendamus, (nec) aliquod capud ydoneum ad tam sanctum propositum poterimus inuenire, sicut illustrem uirum dilectum consanguineum nostrum Ottonem, Marchionem Brandenburgensem, cui si in regem, ut speramus, fuerit sublimatus, omni quo possumus consilio et fauore uolumus non deesse, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc recusare de cetero non audebit.

Datum etc.

Aus derselben Sammlung I, 517. — Perſ a. a. D. 379.

**LXXI.** Markgraf Otto von Brandenburg erklärt sich zur Annahme der Königswürde bereit, im Jahre 1256.

Otto, dei gratia brandenburgensis Marchio, Dilectis in christo mogunt. Coloniensium, worm. et ceteris ciuitatibus (ut supra) paratam ad beneplacita voluntatem. Cum auctor pacis Dominus noster Ihesus Christus pro pace uenerit in hunc mundum ac per asperionem sanguinis sui, que in celo et que in terra sunt, pacificauerit, digne in pacis amorem omnis se accingeret creatura. Hinc est Karissimi, quod studiis uestris bonis et sanctis, que ad reformanda et conferuanda pacis uincula tam unanimiter quam uiriliter convertistis, in domino congaudentes, uniuersitati uestrae gratiarum referimus actiones ac uita semper et rebus apud uos studebimus promereri, Quod nos licet indignos et alios Principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicitè commonere curastis, assistentiam uestram nobis consilio et auxilio promptam in omnibus promittentes, unde Domino fauente pax in terris reddatur et diuina clementia conseruetur. Vestre itaque notum facimus dilectioni, quod instantie et consilio Principum et nobilium atque aliorum amicorum nostrorum, tam spiritualium quam secularium, qui honorem dei in nobis et bonum nostrum affectant, et super omnia uoluntati Diuine ulterius resistere non audemus, quin corpus et animam, res, amicos et omnia, que de ipsius gratia nunc habemus aut in posterum sumus habituri, ad honorem regalem in Dei seruitio offeramus, anchoram spei nostre figentes in ipso, quum nobis iumento suo nullum honus speramus inpositurum, quod leue facere nobis nolit. Etiam caritatem uestram rogamus, ut ad curiam in Frankenfurt, in festo Beate uirginis celebrandam, ita decenter uenitis, ut etsi inter aliquos ibidem discordia, quod absit, oriatur, pars, cui insertur injuria, uestro possit auxilio roborari.

Datum etc. wie oben.

Aus derselben Sammlung I, 517. 518. Perſ a. a. D. 379. — Die vier verſtehend mitgetheilten interessanten Urkunden, hat der Freih. von Freyberg im Jahre 1827 auf dem Umschlage eines das Bisthum Passau betreffenden Codex entdeckt. — Statt des (nec) ist von Freyberg jedesmal ut gelesen.